



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm Eloquentiæ,

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

Ad Stvdiosam Juventvtem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39028

AD STUDIOSAM JUVENTUTEM.

AGite optimarum arti-
um & linguarum stu-
diosissimi Adolescenten-
tes, qui umbratilibus ac schola-
sticis μελέταις ad serias actiones
vos præparatis: nolite artis
Rhetorices præceptis velut Sy-
renum scopulis sic affixi adhæ-
rescere, ut nullo loco numero-
que styli exercitationes habea-
tis, ac de lauta rerum præclara-
rum comparanda supellectile
minimè solliciti sitis. Hoc a-
gite, ut orationem non solum
verbis concinnam, venustam,
ornatam; sed rebus etiam, &
sententiis bonis instructam, e-
ruditam, sapientem adferatis.
Quid enim est *Eloquentia*? copio-

PRÆFATIO.

sè teste Cicerone loquens *sapientia*. Quis Oratoris gravi nomine dignus? Qui, Crasso si credimus, quæcunque res incidet, quæ dictione explicanda, non modò compositè, ornatè, memoriter, & cum quadam actionis dignitate, verùm etiam prudenter dicere potest. Quodnam ejusdem officium? ut doceat, ut delectet, ut moveat: quorum nihil præstabit, si aridam, jejunam, sterilem, exuccam, exanguem; non eruditam ac sapientem; non rerum ac sententiarum floribus conspersam, non doctrinæ notis illuminatam orationem protulerit. (odi inanem loquendi profluētiam, circulatoriam ac ventosam linguæ volubilitatem.) Quare si
feriò

PRÆFATIO.

seriò Eloquentiæ operam datis,
velis remisque, quod ajunt, con-
tendite, ne vel naturæ solùm
bonitate freti; quæ verborum
copia ac ornatu suffulti; vel
præceptorum, vel in arte tra-
duntur, nuda scientia nixi; fo-
rum aliquando prematis, lon-
gis consiliorum subselliis vos
committatis, in legationibus
locisque cæteris dicendi partes
suscipiatis; sed præclararum
quoq; rerum cognitione
vos instrua-
tis.